

Resp. Ambiguitas est in voce *damnabile* partim, partim committitur Elenchus à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. In Græco enim non legitur *damnabile*, sed κατάκερμα, *condemnatio*. Et si vel maximè retineamus vocabulum *damnabile*, tamen Pontificii nihil obtinebunt. In renatis enim nihil est *damnabile* secundum quid duntaxat, nempe non ut non insit, sed ut non imputetur. Vide Reverendiss. Dn. D. Wellerum in Epist. Rom. p. 448. seq. Doct. Grauer. A. C. p. 63.

12. *Quod nihil est, non est dignum pœnâ æternâ:*

*Peccatum nibile est, quia est defectus:*

*E. Peccatum non est dignum pœnâ æternâ.*

Resp. Est equivocatio in voce *nihil*, unde πλεονεξία quatuor terminorum emergit. Major enim considerat *nihil negativum*: quale peccatum non est: Minor vero intelligit *nihil privativum*, quod contrarium habitum ponit; de quo nihilo falsum est, quod non sit dignum pœnâ æternâ. Hütt. L. C. p. 309. Meifner. Anthropol. dec. p. 187. & quæstiones vexatas ejusdem.